



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

XXX. Quæ sint pœnæ vsurariis indictæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

PUNCTVM XXI.

Qui censentur vsurarij manifesti?

- 1. Vsurarius manifestus quis sit?
- 2. Probabile est non sufficere semel aut iterum mutuum ad vsuras cessasse.
- 3. Accedere debet sententia iudicis, vt vsurarius manifestus penis affici consuevit.
- 4. Qualiter hoc crimen probetur?

VT cognoscamus quibus penis vsurarij afficiantur, sci- re debemus qui vsurarij manifesti, & notorij nuncupentur, qui non.

1. Vsurarius manifestus non solum est qui publice omnibus videtur vsuras exercet, sed qui domi reclusus paratus est illud accedentibus tenerari, dummodo tam in id publice constet. Vt pluribus firmat Menoch. *de arbit. casu. 235. n. 8. & seq.* Sed an semel vel iterum vsuras publice exercuisse sufficiat, vt vsurarius manifestus nuncupetur non conueniunt Doctores. Afirmat cum Panormit & alijs Nauar. *capit. 17. numer. 280.* Molina *disputat. 333. §. quod vero. Salas. de vsur. dubitat. 46.* Si enim adulter, fur, & homicida ex vno actu manifestus denominatur, cur non vsurarius? Contrarium nihilominus docuit probabiliter Bart. *in leg. 2. numer. 13. ff. de furtis. Salicet. in leg. falsus. col. 7. Cod. de furtis. Ioann. de Anania cap. quia in omnibus col. 2. Angel. in disp. qua incipit. Astenis miles. col. 2. ver. 2.* quos refert, & legitur Menoch. *de arbitrar. casu 235. num. 6. & sequent.* Eo quod hoc delictum ex communi hominum acceptatione frequen- tiam inducit. Vt de meretricis, calumniatore communitur Doctores tradunt apud Traquellum *de penis legum. casu. 51. ad finem.*

2. Maior dubitatio est. An sententia iudicis accedere debeat, vt vsurarius penis a iure impositis afficiatur? Afirmant Federic. de Senis *conf. 62. in fine. Abbas conf. 2. numer. 1. vers. veritas dicit lib. 2.* Couarruu. *3. var. cap. 4. numer. 4. vers. quarto etiam.* Menoch. *casu. 235. num. 12. & 31.* alias si ex sola notorietate facti vsurarij manifestus penis iuris subiacitur, vt quid iudicis declaratio accedit.

3. Preterea nemo cogitur in se ipso penam exequi, sed iudicis auctoritate exequenda est. Hanc sententiam verissimam iudicis, cui is qui manifestus vsurarius creditur aliqua reiteratione celare vsuras potest: nam eo casu dicitur manifestus, ea de causa oportet vt sententia manifestetur, ad quam ferendam ordo iudicialium ser- uandus est, quippe citandus est reus, & probationis recipienda, & definitio termini assignandi, vt bene Iulius Clarus *lib. 5. sententiar. juris finalis. quest. 9. vers. quare non nisi in notorijs.* Menoch. *de arbitrar. dicto casu 235. numer. 14. & 19.* Quando vero sic manifeste de delicto confiteri, vt nulla tergiversatione ce- lari possit, existimo cum Aretino *conf. 163. num. 6.* iudicium non esse, vt probat text. *in cap. quanto de irat. sat. Episcopi. & c. qua Lotharius. 2. q. 1. bene* tamen esse super notorio pronuntian- dum, quae pronuntiatione potius est penam executio quam iudicium. Vt dixit Innocent. *in cap. ex parte 1. de verbor. significat. Grammat. de off. 36. n. 44.*

4. Multipliciter autem hoc crimen probandum erit. Primum facti euidencia, hae enim se ipsa manifestatur. *e. euidencia de accusat. & ibi Doctores.*

Secundo confessione iudiciali ipsius vsurarij. Vt docent Glossa, & Doctores *cap. quia in omnibus. de vsuris. & cap. 1. eodem tit. in 6.* Quod verum esse affirmant Panorm. & Anania *in dicto cap. quia in omnibus*, eo quod dicat simpliciter sub vsuris mutuas. Et idem est a fortiori etiam si dicat se fuisse vsurarium, quin addiderit se fuisse vsurarium manifestum. Abbas vero *conf. 1. c. 12. vers. octauum modum. lib. 2. Socin. Senior. conf. penult. col. 3. vers. secundo quia lib. 1. Anton. Buzen. in cap. ad nostram. num. 26. de empr. & vendit. Felin. in cap. in presentia numer. 13. de probat.* docuerunt necessarium esse fateri vsurarium publicum, seu manifestum fuisse. Sed facile hae sententiae conciliantur, si admittamus confessionem iudicalem de mutuo sub vsuris facto, vel qua se vsurarium esse fatetur probare & manifestare se vsurarium esse, non autem probare esse vsurarium manifestum: ad hanc autem qualitatem probandam oportet vt deponat se palam, & frequenter vsuras exercuisse.

Tertio confessione extraiudiciali se frequenter vsuras exercuisse facta coram pluribus testibus (sufficiens hoc delictum probatur, neque opus est fieri in articulo mortis, aut coram notario, vt bene aduertit Syluest. *verb. vsura. q. 9. 1. Couarruu. 3. var. c. 3. n. 4. vers. seruo licet.* Menoch. *casu. 235. n. 2.*

Quarto testibus deponentibus sepe ad vsuras concessisse mutuum probatur sufficiens hoc delictum. Quod adeo verum est, vt esto non deponant de eisdem actibus, sed de diuersis, & singu- laribus, quia tamen in omnibus actibus eadem quantitas vsura- rum reuertit, sufficiens est ea depositio vt tanquam vsurarius con- demnetur. Ex doctrina Glossae *in leg. ob carmen. ff. de rebus ad suum.* vbi ad probationem alterius rei quae ex pluribus actibus

deducitur testes singulares sufficiunt. Sicuti aduertit plures referens Crauetta *conf. 73. numer. 32.* Couarruu. *3. var. c. 3. n. 5.* Me- hoch. *de arbitrar. casu. 235. n. 23.* Quod in nostro regno indubi- tatum est. Nam *lex 4. tit. 6. lib. 8. nona collect.* statuit ex testibus singularibus hoc delictum probari posse, modo tamen testes eius- dem conditionis sint, vt merito iudices eis fidem adhibere de- beant. Vt dicto loco aduertit Couarruu. & Azewedo *dicta leg. 4. numer. 52.* & ob hanc causam Menoch. alijs relatis censet tes- tes idoneos non esse qui ex mutuo commodum aliquod acce- perunt, vel sperant. Quinimo non sufficiunt duo vel tres testes singulares vt plene hoc delictum probent, parumque ordina- ria reus puniatur, nisi id iudici visum fuerit speciatim circun- stantibus.

Quinto infamia, coniecturis, alijsue iudicis probari hoc deli- ctum potest, sed non sufficienter vt ad penam ordinariam procedatur, quia haec per se semiplenam inducunt probationem. Excipe nisi incidia & argumenta eius conditionis sint, vt euidenter deli- ctum ostendant. iuxta *cap. cum dicitur de vsuris. vel nisi infamia probata aliquis testis de actu aliquo singulari deponat, quia tunc videtur integra delicti probatio completi scilicet conuic- tisse vsuram tamen non probetur vsurarium manifestum esse.*

Sexto sufficiens probatio deducitur ex libro rationum ipsius vsurarij. Si enim ex illo libro colligitur vsurarium pluries vsuram exercuisse sufficiens erit, vt tanquam vsurarius manifestus declare- tur, quia liber rationum aduersus scribentem praestat sufficientem fidem. Sic Menoch. *de arbitrar. casu. 235. n. 30.*

PUNCTVM XXX.

Quae sint poenae vsurarij indictae?

- 1. Vsurarij infamiam incurrunt.
- 2. Incidunt in eam poenam, etiam si vsuras intra limites iure ciuili antiquo permissas exerceant.
- 3. Hae poenae limitantur facta satisfactione, & poenitentia.
- 4. Suspenduntur iure Pontificio ab ordinibus suscipiendis, & beneficio obtinendo, & ab obtentis priuantur.
- 5. Episcopus in hac suspensionis poena dispensat peracta poeni- tentia.
- 6. Deinde a communione altaris arcetur vsurarij.
- 7. Item ab oblationibus prestandis.
- 8. Expenduntur poenae statuae in cap. quia in omnibus de vsu- ris, & in cap. quaquam eodem tit. lib. 6.
- 9. Quae cautio prestanda est ab vsurario?
- 10. Quid nomine testamenti intelligendum veniat?
- 11. Debet esse ab vsurario sic decedente confectum.
- 12. Non debent vsurariis domus loca, neque locus habitatio- nis concedi.
- 13. Vsurarius solutum occasione vsurarum quas ipse accepit repetere non potest.
- 14. Poenae iure nostro regio statuae.
- 15. Verius videtur in praedictas poenas solum incidere vsura- rium frequenter vsuras exercentem.
- 16. Occultus vsurarius, aut semel vsuras exercens poenis arbi- trarijs affici potest, & debet.

Varie sunt poenae tum iure ciuili, tum Pontificio, tum regio aduersus vsurarios statuae. Prima est infamia *leg. improbum faenus. Cod. quibus ex causis irrogetur infamia. & cap. infames. §. porro. 3. quest. 7. c. inter doctos de excessib. prelatorum.* quam poenam non incurrunt nisi qui manifesti fuerint vsurarij. Vt testatur Couarruu. *3. var. c. 3. n. 2.* Villaguta *de vsur. q. 35. concl. 7.* Molin. *tract. 2. disp. 334. in princ.* quia haec est infamia facti, ideoque factum publicum exigit.

Controuertunt tamen Doctores, An hanc poenam incurrant vsurarij factus intra limites iure ciuili permissos exercentes? Ratione difficultatis praestat, quia ius ciuile punire non potest factum ab ipomet iure permissum, ergo nequit punire iura quam per- mittit: Caterum verius est vsurarios exercentes vsuras intra li- mites a iure ciuili permissos hac poena infamiae affici, prout do- cuerunt Glossa, Cynus, Salicet, & alij *in dicta leg. improbum faenus.* Couarruu. *3. var. cap. 3. numer. 2.* Mol. *dicta disp. 334. post iur. Salas de vsur. dubitat. 47. numer. 2.* Menoch. *de arbitrar. casu 398. numer. 30.* Ex quo enim leges ciuiles vsurarium afficiunt infamia, censendae sunt omnem vsurarium re- probatum afficere, maxime cum omnis vsurarius lege tum Pontificia, tum naturali, tum etiam ciuili nouiori reprobetur.

An autem post peractam poenitentiam infamia cesset? non conueniunt Doctores. Nam Bernard. Diaz *de Lugo in sua pra- ctica. cap. 88.* negatiuam partem tuentur, adducitque pro se Bald. sed immerito, nam vt *ibi dem* notat Salcedo, Baldus *in leg. casus ad finem. ff. de Solutionib.* contrarium docuit. Inquit enim, quod si vsurarij poenitent, & vsuras restituant de equitate canonica fa- uorem recuperant. Atque ita tradunt Felin. *cap. 1. col. 12. verbo li- mit. 8. de probat. Mat. de Afflictis singul. 196. Salas de vsur. dub. 47. numer. 1.*

Poenitico

4 Pontificio iure vsurarij à sacris ordinibus recipiendis excluduntur. vt tradit Bernard. Diaz. *pract. crimin. cap. 88. & ibi Salcedo ex cap. martium. 33. dist. & cap. si dictionarios 46. distincti.* Item suspendi debent ab officio, & beneficio, *cap. preterea: de vsuris.* Quinimo ab officio, & beneficio adepto deponendi, *capit. 1. de vsuris. ibi: Ecclesiastici officij periculum patiantur. Et cap. si quis 47. dist. ibi: si quis clericorum dotecum fuerit vsuras accipere, locuti degrauiari, & abstineri.* Ac denique ab officio, & beneficio Ecclesiastico obtinendo repellendus est. tum ex *reg. infumibus. ibi: infumibus porce non jactant dignitatem.* tum ex *in. in. de excessu prelator. & cap. de Petro 47. dist.* Has autem penas cum non sint ipso iure latae, sed ferenda imponere Iudex potest iuxta qualitatem delicti, & in illo contumaciam, quia ex iure non consistit quoniam ex his penis primo imponenda sit, & an possit simul omnes imponi Sed placet quod ex Hostiensis notauit Couarruu. 3. *var. cap. 3. numer. 1.* Salcedo *dicto cap. 88. Mol. disp. at. 34. Salas dubitat. 47. n. mor. 3.* vt primò Clericus suspendatur, & beneficio obtinendo repellatur. Deinde si contumax steterit priuatur beneficiis obtentis, ac tandem in perpetuum deponatur.

In hac pena suspensionis, & depositionis peracta penitentia Episcopus dispensare potest. vt tradunt Bernard. Diaz, *disto cap. 88.* Couarr. Molin. Salas *locis citatis.* Quare poterit reddere sic damnatum habilem ad beneficia obtinenda & ad retinenda quae habet. At si de facto adeptus priuatus est absolute, & alteri sunt collata neque t Episcopus reddere habilem, vt obtineat, quia non potest nisi alteri quantum tollere.

7 Deinde vsurarij manifesti à communione altaris arcantur. *cap. quia in omnibus de vsuris.* Nomine communionis intelligit Panormit. *ibi & cap. cum tu eodem tit. & Angel. verb. usura 2. numer. 5.* Sacrificium altaris à quo sicut excluduntur excommunicati, sic censent praedicti Doctores vsurarios excludendos esse, quod non displicet Tabienz *verb. usura 1. quasi. 5. & Villagurax de vsur. quasi. 35. conclus. 3.* Sed rectius Syluest. *verb. usura 9. quasi. 3. Sorus. 6. de iustit. quasi. 1. ar. 1.* Couarr. 3. *var. cap. 3. num. 5.* Molin. *disp. 334. §. cap. quia in omnibus. Tolet. lib. 5. ca. 36. Palacios de contract. 4. cap. 1. Salas dub. 47. num. 6.* censent solum Eucharistiae receptionem intelligi, qua vsurarij manifesti priuantur. Addit tamen Nauarr. *cap. 17. num. 279. & Tolet. d. cap. 36.* ad nullum Sacramentum recipiendum admittendos esse ante satisfactionem, vel praestitam sufficientem cautionem. Quod esto nullo Textu decidatur, iure ipso naturali praestat sic fieri, vtore qui publice sunt indigni.

7 Praeterea eorum oblationes non debent ab Ecclesia recipi. Quod si aliquis minister Ecclesiae ausus fuerit eas recipere, obligatur ad eas restituendas vel ipsi vsurario si iam cepit restituere, vel spoliatus, vel Episcopo, de quo praesumitur spoliatus ea concessurum. Vt inquit Syluest. *usura. 9. quasi. 4.* Deinde ipso iure secundum probabiliorem sententiam ab officio suspenditur, quouoque ad arbitrium Episcopi satisfactionem sufficientem praestiterit. Vt habetur *capit. quia in omnibus de vsuris.* & docent *ibi Panormit. Syluest. Mol. Salas, locis citatis.* Ex vi autem huius pena non prohibentur Ecclesiae ministri recipere ab vsurariis decimas, primitias, & oblationes debitas, aliasque elemosynas voluntarias, si restituendo potentes sint. Solum enim prohibitum est inter Missarum solennia eorum oblationes recipere.

8 Item statutum est in *cap. quia in omnibus de vsur.* ne manifesti vsurarij in eo peccato decedentes Ecclesiastica tradantur sepultura. Quod si aliquis Clericus contrarium fecerit suspenditur ipso iure ex sententia communi Panormit. *ibi, Angeli usura 1. n. 7.* Tabienz *eodem quasi. 5. Syluest. 9. qua. 4.* Molin. *disp. 334. ante med. tamen alij de suspensione ferenda censent.* Verum *Clement. 1. de sepulch. ipso facto excommunicantur* qui vsurarios manifestos Ecclesiastica sepultura tradiderint, qui non tantum intelliguntur qui corpus propriis manibus in sepulchrum demittunt, sed qui autoritative sepeliunt, non tamen qui honoris causa astant, & funus comitantur. A qua excommunicatione non debent absolui, quouoque arbitrio Episcopi satisfecerint. Quod obseruandum est, etiam si vsurarij in suo testamento vsuras restitui praeeperint, nisi de facto restitutio fiat iuxta facultatem bonorum, vel ab ipsorum hereditibus cautio idonea praestetur, iis quibus restitutio facienda de iure est, si praesentes sint, sin minus ordinario loci, aut eius Vicario, vel Rectori parochiae, in qua vsurarij defuncti habitabant coram personis fide dignis, vel Tabellione aut publico Notario mandatum ordinarij habent. Cautio vero continere debet quantitatem vsurarum debitam, si de ea contiterit, sin minus contineat eam cautionem quae recipienti visa fuerit debet. Quod si malitiosè minor debita appouerit ad restitutionem obligatur. Reigofus aliter ad Ecclesiasticam sepulturam vsurarios manifestos admittens penam suspensionis indictam in *dicto capite quia omnibus* incurrit.

Praeterea admitti non debent ad confessionem & absolutionem obtinentiam, quin prius plenè satisfecerint, vel cautionem, vt dictum est, praestiterint. Insuper eorum testamenta irrita sunt, & nulla nisi praestita

satisfactio, vel cautione, neque vllum ipsi interesse permittitur. Hac omnia habentur in *capit. quia in omnibus de vsur. in 6.*

Circa quod aduerte non esse obligationem fideiussoris postea transag. ad cuiusmodi scandala vitare vsurarum errantiam dicitur, ex obligatione iuris diuini sacra menta cuius immutanda non licet. Sic docuit Suarez. *3. de censur. d. spiritus 31. sect. 1. in fine. Puz. Laurus. lib. 3. §. sum. sect. 5. tractat. 4. cap. 16. in fine. Puz. Laurus. lib. 2. cap. 20. dicitur. 22. numer. 183.* nomine cautionis idonea intelligendam esse pignoratitiam vel fideiussorem iuxta *leg. si mandatio Titij. §. vlt. D. de his mandati. & leg. 4. in adit. Digestis de fideicom. sur. dicitur. & docet cap. quoniam & cap. fin. de pignorat. verbo idonea, & aduertit Syluest. usura 9. quasi. 4. Couarruu. 3. *var. cap. 3. numer. 5. Mol. disp. 334. circa med. Salas de vsur. dubitat. 47. numer. 7.* Quod si obligatum temporis, vel aiam ob causam non potuerit vsurarium praedictam praestare cautionem, iuraturam praestare, decetque quantitate debitam, facultatemque concessio tribuit mandati ordinario vt si postmodum vixerit eam compere possit. Vt rectè aduertunt Nauarr. c. 17. n. 280. Syluest. *respon. 6. q. 2. Mol. & Salas locis citatis.**

Secundò aduerte nomine testamenti quod irritum decernitur a codicillum, & quilibet vitium voluntatis dispositionem intelligendam esse. Tum quia illa omnia vtore mentis testaciones laege testamentaria dicuntur *cap. placuit §. fin. ad l. 1. §. 1. de testament. in princ. leg. constituitur. leg. ab in iudic. §. si iure codicillar.* Tum quia facile posse dispositio *4. quoniam elidi.*

Tertio aduerte vt testamentum nullum esse censetur, debet esse confectum ab vsurario qui in co statu manifestè delinquit. Quare si notorius vsurarius confectum testamentum, postea vero poeniteat iuxta formam praescriptam, eius testamentum visum fuisse, quia testamentum morte testatoris firmatum, ac praescriptum tempus ad sui valorem spectari debet. Sicut aduertunt Gonsal. Ancharran. *Domine. dicto cap. quoniam num. Syluest. usura 9. quasi. 6. Mol. disp. at. 34. post med. Salas de vsur. dubitat. 47. numer. 10.* Quod si hanc poenitentiam secundo retr. dicitur vsuras exerceo probable est testamentum non infirmum, quia non est testamentum à manifesto vsurario confectum. Quod à factore procedit, cum nunquam fuerit vsurarius manifestus, sed factus, & post mortem eius vsura fuerit manifestata, & declarata, quia testamentum morte confirmatum est. E contra vero si testamentum confectum sit ab eo, qui vsurarius non erat antea tempore mortis vsurarius, pubes extitit, eius testamentum nullum redditur, quia censetur illud testamentum eo tempore esse conditum. sic Couarruu. *d. cap. 3. n. 6. Mol. disp. 334. post med. Salas d. dub. 47. n. 10.*

Vt verò praedictum vitium vsurarum penitus extirparentur *capit. 1. de vsuris in 6.* statutum est, ne collegium, vniuersitas, aut alia singularis persona alienigenis, aut quibuscumque ex illa Republica non oriundis qui vitas exerceat, vel exerceo intendunt, domus conducant, aut conductas habere permittant, vel alio modo concedant, aut in eorum tems habitare sinant, sed intra tres menses eos expellant de caetero nunquam admittant. Quod si contrarium fecerint Patriarcha, Archiepiscopi, Episcopi sententiam suspensionis incurunt, minores Ecclesiasticae personae excommunicatione innotantur. Collegium, seu vniuersitas Ecclesiastica subiacer interdictio, donec vsurarios expulerint, tunc verò penitus & censuris Ecclesiasticis arbitrio ordinarij sunt compellendi. In *Clement. vnica de vsuris.* excommunicatione ipso facto innotantur condentes statuta, dilectas, scribentes quibus vitas permittantur, aut prohibeantur, repeti, aut repetite non soluantur. Sicut qui ea statuta intra tres menses non deleuerint cum possint, aut qui Iudices extiterint adhaerent vitas solvendas esse, aut solutas non esse testificatas. Et insuper compellendus est vsurarius praesumptus ostendere condones suarum rationum, vt veritas eluceat.

Denique in *cap. Michael. de vsuris.* cauetur. *si vsurarius aliquid accepit ad vsuras, & soluit non possit ipse, aut eius heredes illud repetere, quin prius ipse vsuras ab alio accepit soluat. Secus est si nomine Ecclesiae, aut alterius personae vsuras accepit, tamen si vsuras solvendas habeat.* Sicut aduertunt Panormit. in *d. cap. Michael.* Syluest. *usura 9. quasi. 4. Mol. disp. 334. in fine. Salas de vsur. dub. 47. in fine.*


Iure autem nostro regio vitra supra dictas penam, statutum aduersus vsurarios manifestos vt amittant non solum quodlibet in mutuum formale vel vt reale concesserint, sed etiam mutuum cuius dimidium siico regis applicetur, & alterum dimidium per aequales partes appiceat acclatorum, & minorum vel aedificiorum publicorum selectioni. Quod si hac facta condemnatione idem crimen iterum repeterent, amittunt dimidium suorum omnium bonorum simili modo diuidendum. Ac tandem si denno labantur omnibus bonis similiter decedentes spoliantur. Sic habetur *leg. regia. 4. §. 5. tit. 6. lib. 8. noua collect.*

Superest

15 Superest tamen duplex enodanda difficultas. Prima, An prædictæ pœnæ infanzæ, priuationis sepulture Ecclesiasticæ, Eucharistice, oblationis sacræ, annulationis testamenti, ipsolationis bonorum afficiat vsurarios occultos, aut qui vna vel altera vice vsuras exercuerunt, vel eos tantum qui ex facto vsurarij sunt manifesti? Conarunt. 3. *vsur. capit. 3. numer. 5.* affert pœnis contentis in cap. quia in omnibus, quibus vsurarium manifestum tum ex facto, tum ex propria confessione, tum ex sententia iudicis, aut alio modo comprehendit. Secus vero pœnis contentis in cap. *quamquam*, quibus solum vsurarium manifestum ex facto frequenter repetitio comprehendit censetur. Hanc sententiam merito reprobatur Molina *disp. 334. no. ab. 5.* tum quia illa distinctio ex d. cap. *quia in omnibus* & d. cap. *quamquam* non colligitur. Tum quia pœna priuationis Ecclesiasticæ sepulture in *veropus* cap. continetur.

Quapropter verius censendum est omnibus pœnis idem esse dicendum, nimirum comprehendit tantum qui vsuras palam frequentiter exercuissent contulerit. Mouerit quia in pœnis strictior interpretatio faciendâ est. Cum autem fere omnes Doctores censent solum manifestum vsurarium prædictis pœnis affici nomine manifesti intelligere debemus qui ex facto ipso frequenter manifestus est, quia hic proprie est manifestus. Alij vero sunt manifesti, sic indicat Bartol. *leg. 2. numer. 13. ff. de furis.* Bald. *leg. 1. Cod. de sacrosanct. Eccles. col. 4.* Menoch. alijs relatis de *arbitrar. casu. 235. num. 2.* & sequent. Azenedo *leg. regia 4. tit. 6. lib. 8. noua collect. gloss. 2.* confertur Ioanni de Salas de *vsur. dub. 46. circa finem.*

16 Secunda difficultas est, An vsuras semel vel iterum exigens, vel exigens occulte pœnis tum à Iudice Ecclesiastico, tum à seculari affici possit. Negat Decius, *conf. 170.* & Roland. à Vallè *conf. 7. lib. 1.* quorum fundamenta leuia sunt. eaque dissoluit Menoch. *de arbitrar. casu 298. num. 35.* Quare omnino tenendum est cum ipso Menoch. & Doctores ab ipso relatis huic vsurarium, esto non pœnis ordinarijs, arbitrarijs tamen pœnis posse tam à Iudice Ecclesiastico quam à seculari. Quia ad rectam Reipublicæ gubernationem expedit ut is qui delictum probatus fuerit commissi peccati possit. Tum ne ipse iterum delinquat. Tum ne alij animum delinquendi fiant.



DISPUTATIO V.

De contractu emptionis, & venditionis.

Præcipuus contractus, & frequentior est emptio & venditio, ideo latius de ipso agendum.

PUNCTUM I.

Quid sit emptio, & venditio?

1. De summo venditionis, & emptionis expeditur.
2. Preterea certum oportet constitui.
3. Pretium est certum cum emat rem quanti Titius emit.
4. Idem videtur dicendum, cum vendis rem pretio iusto.
5. Huic contractui solet arrha adiungi.
6. Quam obligationem coneraciones ex arrha constitutione contrahant.

2 Varias definitiones emptionis, & venditionis Doctores cumulant. Ut videre est apud D. Thom. 2. 2. *question. 77. art. 1.* & sequentibus. & ibi Bañes, Aragon. Sorum de *iustis. lib. 6. quest. 2. ar. 1.* Molina *disputat. 336.* Reb. 2. p. de *obligat. iustis. lib. 9. quest. 1.* Lessium *lib. 2. cap. 21. dub. 1.* & alios, ea mihi aptior videtur Emptio & venditio contractus est bonæ fidei in quo de re pro pretio, vel de pretio pro re pacificetur est bonæ fidei, quia in eo multum iudex ex aequo, & bono procedere potest, ut constat ex *sententia in iustis. de actionib.* Quatenus res pro pretio conceditur dicitur venditio, quatenus pretium pro re offertur est emptio.

Sed quia huiusmodi contractus perfici potest solo mutuo contrahentium consensu absque traditione rei, vel pretij, ut constat ex §. 1. *instit. de obligat. & §. 1. instit. de empt. & vendit. & leg. 1. ff. de contrahenda empt. ad finem.* & leg. 2. ff. de *actionib. & obligat. ea de causa notanter dixi emptionem, & venditionem esse pactum de re pro pretio, & pretij pro re, ut abstraherem à traditione rei vel pretij; nam aliquando hic contractus perficitur traditione rei & pretij, aliquando sola rei, vel pretij traditione, aliquando nullâ interueniente traditione, sed sola rei & pretij promissione facta. Quo in euentu emptori competit actio ex re emptâ, & venditori ex re vendita iuxta §. 1. *instit. de obligat. ex consensu.* & leg. 1. & leg. *exemptio. ff. de actionib. empt.* Semper tamen pretium saltem oblatum intercedere debet, aliâ si rem pro re traderes non vendit.*

Ferd. de Castro, de iust. & iur. Pars I.

ditionem, sed permutacionem institueres. *leg. 1. ff. de contrah. mda. empt.* Quod si pro merce partim pretium, partim aliam rem offeras, esse verus emptor, si pretium superet, permutator vero si res valore pretij excedat. argum. *leg. quidquid §. fin. ff. de acquir. rerum domin. cap. ad questiones de rerum permutat.* Quod si res & pretium quod simul pro merce offerunt sit eisdem valoris, spectanda sunt verba quibus contractus est celebratus: & ex illis iudicandum est an sit contractus emptionis & venditionis. Verum si ex verbis discerni non possit, mens & intentio. Communis sententia teste Anton. Gom. 2. *var. cap. 2. num. 10.* censet permutacionem reputandam esse, argum. Textus in *leg. 1. in princ. ff. de estimatorio act.* Aliis ex quibus est Molina *disput. 336. in fine.* placet partim venditionem, partim permutacionem iudicandam fore in ordine ad tributum, & gabelam, & retractum.

2 Ut ergo hic contractus perfectus sit oportet ut pretium certum constituatur, alioquin nullus est. Vt habetur §. *pretium instit. de empt. & vendit. leg. regia. 1. & §. 9. tit. 5. par. 5.* Hinc nulla est venditio, si in emptoris voluntatem pretium remittas, quia eo ipso non est determinatum. *leg. quod sæpe. §. illud ff. de contrah. mda. empt.* Secus vero si in alterius certi voluntatem remittas, valet inquam venditio declaratione facta, iuxta *leg. vlt. Cod. de contrahenda empt.* Et ratio differentie est, quia tertia persona tenetur arbitrari pretium iustum, secus est cum ipsi emptori remittitur. Ut aduertit Fachin. *lib. 2. controuers. cap. 1. circa finem.* Mol. *disp. 336. §. vt emptio.* Et idem est si pretium remitteretur declarandum à duobus eligendis à venditore, & emptore, ut pluribus firmat Fachin. *l. loco citato.* quia ex vi pacti persone eligende sunt, iustumque arbitrium prolatur, consentit Reb. *lib. 9. quest. 1. sect. 1.*

3 Certius est pretium certum constitui ex eo tantum quod rem emas quanti Titius emit, vel ea pecunia quam habes in arca, vel marcupio. Ut dixit Vlpian. in *leg. hac venditio. §. 1. ff. de contrahenda empt.* ibi *Huiusmodi emptio quanti tu eum emisisti quantum pretij in arca habes valet.* quia illis verbis spectato communi stylo quantitas designatur. Ut alios referens tradit Arias Pinel. in *leg. 2. Cod. de restituenda vendit. 2. p. Rub. cap. 1. numer. 2.* & 3. Fachineus. *lib. 2. controuers. cap. 1. in princ.* Anton. Gom. 2. *var. cap. 2. num. 9.* *disput. 336. Si quantum est.*

4 Quod si rem vendas pretio iusto non determinando quodnam sit, communis sententia quam referunt, & sequuntur Anton. Gomez 2. *var. cap. 2. num. 9.* Fachin. *lib. 2. controuers. cap. 1. post princ.* existimant non esse venditionem ob pretij incertitudinem. Quod certe mihi difficile est, nec video cur determinatum pretium censetur, cum in arbitrium certæ persone remittitur, & non censetur determinatum, cum ad pretium iustum per iudicem declarandum te confers? Deinde probatur *argument. leg. si iudicis. §. vlt. ff. de pignori. vbi pignus iusto pretio venditum censetur, si ex eo quod dicas si debitum suo tempore non fuerit solutum pignus pretio venditum censetur; quia censetur venditum eo pretio quo iudex determinauerit, atque adeo pretio certo.* Ex vi tamen huius venditionis competit venditori actio præscriptis verbis ad rem, & fructus recuperandos, quia data est ob causam, & causa non est secuta, ut inquit Anton. Gomez, *dicto numer. 9.* Quinimo & satis probabile competit actionem ad pretium exigendum, actionem inquam præscriptis verbis, sicut docuit Fachin. *d. cap. 3. circa finem,* quia hac actio præscriptis verbis conceditur ut fiat id quod conuenitum est. *leg. Naturales. §. si liquidum ff. de present. verbis.* Fatentur tamen communiter Doctores, Anton. Gomez, Molin. Fachineus, & alij apud ipsos si rem vendas pretio tali die currenti, vel quo fuerit res publicè taxata, vel æstimata esse pretium certum, & venditionem consistere.

Hinc contractui venditionis, & emptionis solet arrha adiungi, in signum contractus celebrati, & in pignus quod ad executionem ducetur. Ut dixit Caius *leg. quod sæpe in princ. ff. de contrahenda empt.* ibi: *Quod sæpe arrha nomine pro emptione datur, non eo pertinet quasi sine arrha conuentio nititur faciat, sed ut euidentius probari possit, conuenisse de pretio.*

5 Si contractus imperfectus sit, eo quod eius obligatio ab aliqua conditione pendeat ea pars que arrham dedit si resiliat, ut potest, amittit arrham. At si que arrham recepit resiliat duplum amittit tum arrham, tum tantundem de bonis suis. Ut expressè habetur §. 1. *instit. de empt. & vendit. & leg. contractus. §. vlt. Cod. de fide instrumentor. ut expressè notauit Anton. Gom. 2. 2. var. cap. 2. num. 18.*

6 Si vero contractus perfectus sit triplicem opinionem referre Anton Gomez ibi. Prima affirmat partem que recedit à contractu amittere arrham, & insuper obligari alteri ad totale interesse. Secunda que communior est asserit computandam esse arrham in totale interesse. Tertia solum obligat recedentem, ut arrham amittat, & insuper tantundem ex suis bonis, iuxta *leg. contractus, §. illud Cod. de fide instrum.* Quælibet ex his opinionibus est probabilis. At in nostro regno tertia opinio approbata est, ideoque seruanda *leg. 7. tit. 5. par. 5.* Quod intelligendum est casu quo arrha non fuerit data ut pars pretij, sicut communiter